²⁷ arere 2	droog zijn
²⁸ haustus 4	slok
²⁹ tendere 3	uitstrekken

parva sinu,¹ et casu tendebant bracchia nati.
 quem non blanda deae potuissent verba movere? 360
 hi tamen orantem perstant¹ prohibere minasque²,
 ni procul abscedat³, conviciaque⁴ insuper⁵ addunt.
 nec satis est, ipsos etiam pedibusque manuque
 turbavere⁶ lacus imoque e gurgite⁷ mollem
 huc illuc limum⁸ saltu⁹ movere maligno. 365
 distulit¹⁰ ira sitim; neque enim iam filia Coei¹¹
 supplicat¹² indignis nec dicere sustinet¹³ ultra¹⁴
 verba minora dea tollensque ad sidera palmas
 'aeternum¹⁵ stagno' dixit 'vivatis in isto!
 eveniunt optata¹⁶ deae: iuvat¹⁷ esse sub undis 370
 et modo¹⁸ tota¹⁹ cava²⁰ submergere membra palude,
 nunc proferre caput, summo modo gurgite²¹ nare²²,
 saepe super ripam stagni consistere, saepe
 in gelidos resilire²³ lacus, sed nunc quoque turpes²⁴
 litibus²⁵ exercent linguas pulsoque pudore, 375
 quamvis sint sub aqua, sub aqua maledicere²⁶ temptant.
 vox quoque iam rauca est, inflataque colla tumescunt,
 ipsaque dilatant patulos²⁷ convicia rictus;

¹ perstare	volharden
² minae	dreigementen
³ abscedere 3	weggaan
⁴ convicium	scheldwoord
⁵ insuper	bovendien
⁶ turbare	vertroebelen
⁷ gurgis, gurgitis	maalstroom, diep water
⁸ limus	modder
⁹ saltus 4	het springen
¹⁰ differre	uitstellen
¹¹ Coeus, Titan, vader van Latona	
¹² supplicare	smeken
¹³ sustinere 2	het uithouden
¹⁴ ultra	verder
¹⁵ aeternum	voor eeuwig
¹⁶ optatum	het gewenste
¹⁷ iuvat	het pleziert
¹⁸ modo ..., nunc ..., modo ...	nu eens ..., dan weer ..., en dan weer
¹⁹ totus	ieder, geheel, pl. alle
²⁰ cavus	hol, omhullend, bedekkend
²¹ gurgis m	(diep) water
²² naris f	neus
²³ resilire	terugspringen
²⁴ turpis	schandelijk, afschuwelijk
²⁵ lis, litis	ruzie
²⁶ maledicere 3	schelden
²⁷ patulus	open, breed

terga caput tangunt, colla intercepta¹ videntur,
 spina² viret³, venter, pars maxima corporis, albet⁴,
 limosoque novae saliunt in gurgite ranae⁵.''' 380

Marsyas verslagen

Sic ubi nescio quis Lycia de gente virorum
 rettulit⁶ exitium, satyri reminiscitur⁷ alter,
 quem Tritoniaca⁸ Latous⁹ harundine victum
 adfecit poena. 'quid me mihi detrahis?' inquit; 385

'a! piget¹⁰, a! non est' clamabat 'tibia¹¹ tanti¹².'
 clamanti cutis¹³ est summos direpta¹⁴ per artus,
 nec quicquam nisi vulnus erat; cruor undique manat,
 detectique¹⁵ patent nervi, trepidaeque¹⁶ sine ulla
 pelle¹⁷ micant¹⁸ venae; salientia viscera¹⁹ possis 390

et perlucentes²⁰ numerare in pectore fibras²¹.
 illum ruricolae²², silvarum numina, fauni
 et satyri fratres et tunc quoque carus Olympus
 et nymphae flerunt, et quisquis montibus illis
 lanigerosque²³ greges²⁴ armentaque²⁵ bucera²⁶ pavit²⁷. 395

¹ intercipere	ertussen vandaan halen
² spina	ruggengraat, rug
³ virere 2	groen zijn
⁴ albere 2	wit zijn
⁵ rana	kikker
⁶ referre	rapporteren
⁷ reminisci + gen.	zich herinneren, weer komen op
⁸ Tritoniaca harundo	de fluit
⁹ Latous	de zoon van Lato, Apollo
¹⁰ piget (me)	het spijt mij; sorry
¹¹ tibia	de fluit
¹² <i>gen. pretii</i>	
¹³ cutis	huid
¹⁴ diripere 5 + dat.	van iemand aftrekken
¹⁵ detegere 3	bloot leggen
¹⁶ trepidus	trillend
¹⁷ pellis	huid
¹⁸ micare	sidderen
¹⁹ viscus, -eris	ingewand
²⁰ perlucere 2	doorschijnend zijn, zichtbaar zijn
²¹ fibra	vezel; <i>pl</i> , ingewanden
²² ruricola	het platteland bewonend
²³ laniger	woldragend
²⁴ grex	kudde
²⁵ armentum	vee, runderen
²⁶ bucerus	met runderhorens
²⁷ pascerere 3	weiden

fertilis inmaduit¹ madefactaque terra caducas²
 concepit lacrimas ac venis perbibit³ imis;
 quas ubi fecit aquam, vacuas emisit in auras.
 inde petens rapidus ripis declivibus⁴ aequor
 Marsya nomen habet, Phrygiae liquidissimus⁵ amnis. 400

Pelops rouwt.

Talibus extemplo⁶ redit ad praesentia⁷ dictis
 vulgus et exstinctum⁸ cum stirpe Amphiona luget⁹;
 mater in invidia¹⁰ est: hanc tunc quoque dicitur unus
 flesse Pelops umeroque¹¹, suas a pectore postquam
 deduxit vestes, ebur¹² ostendisse sinistro. 405

concolor¹³ hic umerus nascendi tempore dextro¹⁴
 corporeusque fuit; manibus mox caesa paternis
 membra ferunt iunxisse¹⁵ deos, aliisque repertis¹⁶,
 qui locus est iuguli¹⁷ medius summique lacerti¹⁸,
 defuit: inpositum est non conparentis¹⁹ in usum 410
 partis ebur, factoque Pelops fuit integer²⁰ illo.

Tereus en Procne

Finitimi²¹ proceres²² coeunt, urbesque propinquae
 oravere suos ire ad solacia²³ reges,

¹ immadescere 3	vochtig worden
² caducus	vallend, gevallen
³ perbibere 3	opdrinken
⁴ declivis	hellend
⁵ liquidus	helder
⁶ extemplo	terstond
⁷ praesentia n.pl.	de situatie van dat moment
⁸ exstinguere 3	vernietigen
⁹ lugere 2	rouwen om
¹⁰ invidia	afgunst; in invidia esse – gehaat zijn
¹¹ umerus	schouder
¹² ebur n	ivoor
¹³ concolor	met dezelfde kleur, overeenstemmend
¹⁴ dexter	passend, geschikt
¹⁵ iungere 3	verbinden
¹⁶ reperire	terugvinden
¹⁷ iugulum	keel
¹⁸ lacertus	bovenarm
¹⁹ conparere 2	nog voorhanden zijn
²⁰ integer	ongeschonden
²¹ finitimus	naburig, aangrenzend
²² proceres	aanzienlijken
²³ solacium	troost

Argosque et Sparte Pelopeiadesque¹ Mycenae
et nondum torvae² Calydon invisa³ Dianae 415
Orchomenosque ferax⁴ et nobilis aere⁵ Corinthus
Messeneque ferox Patraeque humilesque Cleonae
et Nelea⁶ Pylos neque adhuc Pittheia⁷ Troezen,
quaeque urbes aliae bimari⁸ clauduntur ab Isthmo
exteriusque⁹ sitae¹⁰ bimari spectantur ab Isthmo; 420
credere quis posset? solae cessastis¹¹, Athenae.
obstitit¹² officio¹³ bellum, subvectaque¹⁴ ponto
barbara Mopsopios¹⁵ terrebant agmina muros.
Threicius¹⁶ Tereus haec auxiliaribus¹⁷ armis
fuderat et clarum vincendo nomen habebat; 425
quem sibi Pandion¹⁸ opibusque virisque potentem
et genus a magno ducentem forte Gradivo¹⁹
conubio²⁰ Procnes iunxit; non pronuba²¹ Iuno,
non Hymenaeus adest, non illi Gratia lecto²²:
Eumenides tenuere faces²³ de funere raptas, 430
Eumenides stravere²⁴ torum²⁵, tectoque profanus²⁶
incubuit bubo²⁷ thalamique in culmine²⁸ sedit.

-
- ¹ Pelopeias geregeerd door het geslacht van Pelops
² torvus grimmig
³ invisus gehaat
⁴ ferax vruchtbaar
⁵ aes n, aeris brons
⁶ Neleus van Neleus
⁷ Pittheius van Pittheus (zoon van Pelops)
⁸ bimaris aan twee zeeën gelegen
⁹ exterius meer daarbuiten
¹⁰ situs gelegen
¹¹ cessare aarzelen, in gebreke blijven
¹² obsistere 3 + dat. in de weg staan
¹³ officium taak, plicht
¹⁴ subvehi (stroomopwaarts) varen
¹⁵ Mopsopius uit Mopsopia, *oude naam van Attica*
¹⁶ Threicius Thraciër
¹⁷ auxiliaris hulp biedend, van hulptroepen
¹⁸ Pandion, *zoon van Erechthonios koning van Athene*
¹⁹ Gradivus Mars, bijnaam
²⁰ conubium huwelijk
²¹ pronuba (als) huwelijksbemiddelaarster
²² lectus (bruids)bed
²³ fax fakkel
²⁴ sternere 3 spreiden
²⁵ torus bed, baar
²⁶ profanus onheilspellend
²⁷ bubo oehoe
²⁸ culmen nok

hac ave¹ coniuncti Procne Tereusque, parentes
 hac ave sunt facti; gratata² est scilicet³ illis
 Thracia, disque ipsi grates⁴ egere; diemque, 435
 quaque⁵ data est claro Pandione nata tyranno
 quaque erat ortus⁶ Itys, festum iussere vocari:
 usque⁷ adeo latet utilitas⁸. Iam tempora Titan⁹
 quinque per autumnos repetiti duxerat anni,
 cum blandita¹⁰ viro Procne 'si gratia¹¹ dixit 440
 'ulla mea est, vel me visendae mitte sorori,
 vel soror huc veniat: redituram¹² tempore parvo
 promittes socero; magni mihi muneris instar¹³
 germanam¹⁴ vidisse dabis.' iubet ille carinas
 in freta¹⁵ deduci veloque¹⁶ et remige¹⁷ portus 445
 Cecropios¹⁸ intrat Piraeaque litora tangit.
 ut primum soceri data copia¹⁹, dextera dextrae
 iungitur, et fausto²⁰ committitur²¹ omine sermo.
 coeperat adventus causam, mandata referre
 coniugis et celeres missae spondere²² recursus²³: 450
 ecce venit magno dives Philomela paratu²⁴,
 divitior forma; quales audire solemus
 naidas et dryadas²⁵ mediis incedere silvis,

¹ avis vogel, voorteken
² gratari gelukwensen
³ scilicet natuurlijk
⁴ grates agere dank betuigen
⁵ *bijzondere variatie*: diem qua... (diem) festum
⁶ oriri geboren worden
⁷ usque adeo zozeer
⁸ utilitas deugdelijkheid, nut, belang
⁹ Titan de Zonnegod *als zoon van Hyperion*
¹⁰ blandiri vleien, liefkozen
¹¹ gratia mea/mihi est ik ben geliefd
¹² sc. eam redituram esse
¹³ gen. + instar als
¹⁴ germana zuster
¹⁵ fretum zeeëngte, zee
¹⁶ velum zeil
¹⁷ remex roeier, groep roeiers
¹⁸ Cecropius van Cecrops, Atheens
¹⁹ copiam + gen. dare toegang verlenen tot
²⁰ faustus voorspoedig, gelukkig
²¹ committere 3 voeren
²² spondere 2 beloven
²³ recursus terugkeer
²⁴ paratus 4 voorbereidselen, tooi; *abl. limitationis*
²⁵ dryades boomnimfen

si modo ¹ des illis cultus similesque paratus.	
non secus ² exarsit ³ conspecta virgine Tereus,	455
quam si quis canis ⁴ ignem supponat ⁵ aristis ⁶	
aut frondem ⁷ positasque cremet faenilibus ⁸ herbas ⁹ .	
digna quidem facies ¹⁰ ; sed et hunc innata libido	
exstimulat, pronumque ¹¹ genus ¹² regionibus illis	
in Venerem est: flagrat ¹³ vitio ¹⁴ gentisque suoque.	460
impetus ¹⁵ est illi comitum corrumpere curam	
nutricisque ¹⁶ fidem nec non ingentibus ipsam	
sollicitare ¹⁷ datis totumque inpendere ¹⁸ regnum	
aut rapere et saevo raptam defendere bello;	
et nihil est, quod non effreno ¹⁹ captus amore	465
ausit ²⁰ , nec capiunt ²¹ inclusas pectora flammas.	
iamque moras ²² male ²³ fert cupidoque revertitur ore	
ad mandata Procnes et agit ²⁴ sua vota sub illa.	
facundum ²⁵ faciebat amor, quotiensque rogabat	
ulterius ²⁶ iusto ²⁷ , Procnen ita velle ferebat ²⁸ .	470
addidit et lacrimas, tamquam mandasset et illas.	

¹ modo	slechts
² secus	anders
³ exardere 2	ontvlammen
⁴ canus	grijs
⁵ supponere + dat.	leggen onder
⁶ arista	aar
⁷ frons, frondis	loof
⁸ faenilia n.pl.	hooizolder
⁹ herba	gras, hooi
¹⁰ facies	gelaat, aangezicht
¹¹ pronus in + acc.	geneigd tot
¹² genus	soort (mensen)
¹³ flagrare	branden
¹⁴ vitium	gebrek
¹⁵ impetus	aandrang
¹⁶ nutrix	voedster
¹⁷ sollicitare	veronrusten, prikkelen, verleiden
¹⁸ inpendere 3	besteden opofferen
¹⁹ effrenus	teugelloos
²⁰ = ausus sit	
²¹ capere	bevatten, verdragen
²² mora	oponthoud
²³ male	op slechte wijze, niet
²⁴ agere	brengen, scharen
²⁵ facundus	welbespraakt
²⁶ ulterius	iets dat verder gaat
²⁷ iustus	juist
²⁸ ferre	zeggen

pro ¹ superi, quantum mortalia pectora caecae ² noctis ³ habent! ipso sceleris molimine ⁴ Tereus creditur esse pius laudemque a crimine sumit ⁵ . quid, quod ⁶ idem Philomela cupit, patriosque lacertis ⁷	475
blanda tenens umeros ⁸ , ut eat visura sororem, perque ⁹ suam contraque suam petit ipsa salutem. spectat eam Tereus praecontrectatque ¹⁰ videndo osculaque et collo circumdata bracchia cernens omnia pro ¹¹ stimulis facibusque ciboque furoris	480
accipit, et quotiens amplectitur illa parentem, esse parens vellet: neque enim minus inpius esset. vincitur ambarum genitor prece ¹² : gaudet agitque illa patri grates et successisse ¹³ duabus id putat infelix ¹⁴ , quod erit lugubre ¹⁵ duabus.	485
Iam labor exiguus ¹⁶ Phoebō restabat ¹⁷ , equique pulsabant ¹⁸ pedibus spatium declivis ¹⁹ Olympi ²⁰ : regales ²¹ epulae ²² mensis ²³ et Bacchus in auro ponitur; hinc ²⁴ placido dant turgida ²⁵ corpora somno. at rex Odrysius ²⁶ , quamvis secessit, in illa	490
aestuat ²⁷ et repetens faciem motusque manusque	

¹ pro	ach
² caecus	blind, donker
³ nox	duisternis
⁴ molimen	inspanning, kracht, onderneming
⁵ sumere 3 ab	ontlenen aan
⁶ quid quod	wat te zeggen van het feit dat
⁷ lacerus	arm
⁸ umerus	schouder
⁹ per + acc.	bij
¹⁰ praecontrectare	in zijn fantasie al strelen
¹¹ accipere pro + abl	opvatten als
¹² prex	smeekbede
¹³ succedere 3	lukken
¹⁴ <i>nominativus</i>	
¹⁵ lugubris	onheilbrengend
¹⁶ exiguus	gering
¹⁷ restare	overzijn
¹⁸ pulsare	stampen op
¹⁹ declivis	hellend
²⁰ Olympus	de Olympus, de hemel
²¹ regalis	koninklijk
²² epulae	spijsen, maaltijd
²³ mensa	tafel
²⁴ hinc	daarop, als gevolg daarvan
²⁵ turgidus	gezwollen
²⁶ Odrysius	Thracisch; Tereus
²⁷ aestuare in + abl.	gloeien van liefde voor

qualia vult fingit quae nondum vidit et ignes
 ipse suos nutrit cura¹ removente soporem.
 lux erat, et generi² dextram complexus euntis
 Pandion comitem lacrimis commendat³ obortis⁴: 495
 'hanc ego, care gener, quoniam pia causa coegit,
 et voluere ambae (voluisti tu quoque, Tereu)
 do tibi perque fidem cognataque⁵ pectora supplex,
 per superos oro, patrio ut tuearis⁶ amore
 et mihi sollicitae lenimen⁷ dulce senectae 500
 quam primum (omnis erit nobis mora longa) remittas;
 tu quoque quam primum (satis est procul esse sororem),
 si pietas ulla est, ad me, Philomela, redito⁸!
 mandabat pariterque suae dabat oscula natae,
 et lacrimae mites⁹ inter mandata cadebant; 505
 utque¹⁰ fide¹¹ pignus¹² dextras¹³ utriusque poposcit
 inter seque datas iunxit natamque nepotemque
 absentes pro se memori¹⁴ rogat¹⁵ ore salutent
 supremumque¹⁶ 'Vale' pleno singultibus¹⁷ ore
 vix¹⁸ dixit timitque suae praesagia¹⁹ mentis. 510
 Ut semel²⁰ inposita est pictae²¹ Philomela carinae,
 admotumque²² fretum remis²³ tellusque²⁴ repulsa est,
 'vicimus!' exclamat, 'mecum mea vota feruntur!'

¹ cura	zorg, liefdesverdriet
² gener 2	schoonzoon
³ commendare	toevertrouwen, aanbevelen
⁴ oboriri	opwellen
⁵ cognatus	verwant
⁶ tueri	bekijken, beschermen
⁷ lenimen	verlichting
⁸ archaische imperativus 2 ^e sg. = redi	
⁹ mitis	zacht
¹⁰ ut	zoals
¹¹ fides 5	erewoord, eed; fide = fidei
¹² pignus, -oris	onderpand
¹³ sc. manus	
¹⁴ memor	(zich) herinnerend
¹⁵ rogare + coni.	vragen dat
¹⁶ supremum	voor de laatste keer
¹⁷ singultus 4	snik
¹⁸ vix	met moeite
¹⁹ praesagium	voorgevoel
²⁰ semel	eenmaal
²¹ pictus	beschilderd
²² admovere + dat.	brengen naar
²³ remus	roeispaan
²⁴ tellus f, telluris	aarde, land

exultatque¹ et vix animo sua gaudia differt²
 barbarus et nusquam lumen³ detorquet⁴ ab illa, 515
 non aliter quam cum pedibus praedator⁵ obuncis⁶
 deposuit nido⁷ leporem⁸ lovis ales⁹ in alto;
 nulla fuga est capto, spectat sua praemia raptor.

Philomela misbruikt

iamque iter effectum, iamque in sua litora fessis¹⁰
 puppibus¹¹ exierant, cum rex Pandione natam 520
 in stabula¹² alta trahit, silvis obscura¹³ vetustis¹⁴,
 atque ibi pallentem¹⁵ trepidamque et cuncta timentem
 et iam cum lacrimis, ubi sit germana, rogantem
 includit fassusque¹⁶ nefas¹⁷ et¹⁸ virginem et unam
 vi superat frustra clamato saepe parente, 525
 saepe sorore sua, magnis super omnia divis.
 illa tremit velut agna¹⁹ pavens, quae saucia²⁰ cani²¹
 ore excussa²² lupi nondum sibi tuta videtur,
 utque columba²³ suo madefactis²⁴ sanguine plumis²⁵
 horret adhuc²⁶ avidosque timet, quibus haeserat²⁷, unguis²⁸. 530

¹ exultare	juichen
² differre	uitstellen
³ lumen	licht, oog
⁴ detorquere 2 ab	afwenden van
⁵ praedator	roofdier
⁶ obuncus	gebogen
⁷ nidus	nest
⁸ lepor	haas
⁹ ales	geveugeld, vogel
¹⁰ fessus	afgemat, versleten
¹¹ puppis	achtersteven, schip
¹² stabulum	stal
¹³ obscurus	duister, verstopt
¹⁴ vetustus	oud
¹⁵ pallere 2	bleek zijn
¹⁶ fateri	bekennen
¹⁷ nefas n	misdaad
¹⁸ lees: eam et virginem et unam praedicatief	
¹⁹ agna	lam
²⁰ saucius	gewond
²¹ canus	grijs
²² excuti	vallen
²³ columba	duif
²⁴ madefacere 5	bevochtigen
²⁵ pluma	donsveer, verenkleed
²⁶ adhuc	nog steeds
²⁷ haerere 2 + dat.	vastzitten aan/in
²⁸ unguis	nagel, klauw

mox ubi mens rediit, passos ¹ laniata ² capillos, lugenti similis caesis ³ plangore ⁴ lacertis intendens palmas 'o diris ⁵ barbare factis, o crudelis' ait, 'nec te mandata parentis cum lacrimis movere piis nec cura sororis nec mea virginitas nec coniugialia ⁶ iura? omnia turbasti; paelex ⁷ ego facta sororis, tu geminus coniunx, hostis mihi debita Procne! quin ⁸ animam hanc, ne quod facinus ⁹ tibi, perfide, restet ¹⁰ , eripis ¹¹ ? atque utinam fecisses ante nefandos ¹² concubitus ¹³ : vacuas ¹⁴ habuissem criminis umbras. si tamen haec superi cernunt, si numina divum sunt aliquid ¹⁵ , si non perierunt omnia mecum, quandocumque ¹⁶ mihi poenas dabis! ipsa pudore proiecto ¹⁷ tua facta loquar: si copia ¹⁸ detur, in populos ¹⁹ veniam; si silvis clausa ²⁰ tenebor, inplebo ²¹ silvas et conscia ²² saxa movebo; audiet haec aether et si deus ullus in illo est! Talibus ira feri ²³ postquam commota tyranni nec minor hac metus est, causa stimulatus ²⁴ utraque,	535
	540
	545
	550

¹ passus	los hangend
² laniare	uitrukken
³ caedere 3	afranselen, geselen
⁴ plangor	het zich op de borstslaan, het weeklagen
⁵ dirus	wreed
⁶ coniugialis	huwelijks-
⁷ paelex	bijzit
⁸ quin	waarom niet
⁹ facinus	misdaad
¹⁰ restare	overblijven
¹¹ eripere 5	ontrukken aan
¹² nefandus	misdadig
¹³ concubitus 4	geslachtsgemeenschap
¹⁴ vacuus + abl.	vrij van
¹⁵ aliquid esse	iets voorstellen
¹⁶ quandocumque	wanneer ook maar, een keer
¹⁷ proicere 5	te grabbel gooien, kwijt raken
¹⁸ copia	gelegenheid
¹⁹ populus	volksmenigte, = people
²⁰ clausus + abl.	opgesloten in
²¹ implere	vullen
²² conscius	medewetend
²³ ferus	wild
²⁴ stimulare	prikkelen

quo fuit accinctus¹, vagina liberat² ensem³
 arreptamque⁴ coma fixis⁵ post terga lacertis
 vincla⁶ pati cogit; iugulum⁷ Philomela parabat⁸
 spemque suae mortis viso conceperat ense:
 ille indignantem⁹ et nomen patris usque¹⁰ vocantem 555
 luctantemque¹¹ loqui comprehensam forcipe¹² linguam
 abstulit¹³ ense fero¹⁴. radix¹⁵ micat¹⁶ ultima linguae,
 ipsa iacet terraeque tremens inmurmurat¹⁷ atrae,
 utque salire¹⁸ solet mutilatae cauda¹⁹ colubrae²⁰,
 palpitat²¹ et moriens dominae vestigia quaerit. 560
 hoc quoque post facinus (vix ausim credere) fertur
 saepe sua lacerum²² repetisse libidine corpus.
 Sustinet²³ ad Procnen post talia facta reverti;
 coniuge quae viso germanam quaerit, at ille
 dat gemitus fictos²⁴ commentaque²⁵ funera narrat, 565
 et lacrimae fecere fidem. velamina²⁶ Procne
 deripit ex umeris auro fulgentia²⁷ lato²⁸
 induiturque²⁹ atras vestes et inane³⁰ sepulcrum

¹ accingere 3	aangorden
² liberare + abl.	bevrijden van
³ ensis	zwaard
⁴ arripere 5	snel grijpen
⁵ figere 3	vasthechten
⁶ vinclum = vinculum (synkope)	boei
⁷ iugulum	keel
⁸ parare	gereed maken, aanbieden
⁹ indignari	verontwaardigd zijn
¹⁰ usque	continu
¹¹ luctari	worstelen
¹² forceps	vork
¹³ auferre	afsnijden
¹⁴ ferus	wild, gevoelloos
¹⁵ radix	wortel
¹⁶ micare	sidderen, stuiptrekken
¹⁷ immurmurare	fluisteren tegen
¹⁸ salire	springen, huppelen, spartelen
¹⁹ cauda	staart
²⁰ colubra	ringslang
²¹ palpitare	snel bewegen, trillen
²² lacer	verscheurd, verminkt
²³ sustinere	het verdragen, durven
²⁴ fingere 3	huichelen
²⁵ commentus	gelogen
²⁶ velamen	omhulsel
²⁷ fulgere 2	schitteren
²⁸ latus	brede (gouden) strook
²⁹ indui	zich aantrekken
³⁰ inanis	leeg

constituit¹ falsisque piacula² manibus³ infert
et luget⁴ non sic lugendae fata sororis.

570

Wraak op Tereus

Signa⁵ deus bis sex acto lustraverat⁶ anno;
quid faciat Philomela? fugam custodia⁷ claudit,
structa⁸ rigent⁹ solido stabulorum¹⁰ moenia saxo,
os mutum¹¹ facti caret¹² indice¹³. grande doloris
ingenium¹⁴ est, miserisque venit sollertia¹⁵ rebus:

575

stamina¹⁶ barbarica suspendit¹⁷ callida¹⁸ tela¹⁹
purpureasque notas²⁰ filis²¹ intexuit²² albis,
indicium sceleris; perfectaue tradidit uni,
utque ferat dominae, gestu²³ rogat; illa rogata²⁴
pertulit ad Procnen nec scit, quid tradat in illis.

580

evoluit²⁵ vestes saevi matrona²⁶ tyranni
germanaeque suae fatum miserabile legit
et (mirum²⁷ potuisse) silet²⁸: dolor ora repressit²⁹,
verbaque quaerenti satis indignantia linguae

¹ constituere 3	oprichten
² piaculum	zoenoffer
³ manes	schim van de dode
⁴ lugere 2	rouwen om
⁵ signum	teken van de dierenriem
⁶ lustrare	doorkruisen
⁷ custodia	de wacht
⁸ struere 3	bouwen
⁹ rigere 2	stijf/hard zijn
¹⁰ stabulum	stal
¹¹ mutus	stom
¹² carere 2 + abl.	missen, zijn zonder
¹³ index	aangever, verklikker
¹⁴ ingenium	soort
¹⁵ sollertia	sluwheid
¹⁶ stamen	schering, draad van een spinrokken
¹⁷ suspendere 3	ondersteunen, laten hangen
¹⁸ callidus	sluw
¹⁹ tela	weefgetouw, weefsel, weversspoel
²⁰ nota	letter
²¹ filum	draad
²² intexere 3	inweven
²³ gestus 4	gebaar
²⁴ n.pl.	
²⁵ evolvere 3	uitrollen
²⁶ matrona	eerbare getrouwde vrouw, echtgenote
²⁷ mirum est	het is wonderlijk
²⁸ silere	zwijgen
²⁹ reprimere 3	weer toedrukken

defuerunt ¹ , nec flere vacat ² , sed fasque nefasque confusura ³ ruit poenaeque in imagine ⁴ tota est.	585
Tempus erat, quo sacra solent trieterica ⁵ Bacchi Sithoniae ⁶ celebrare nurus ⁷ : (nox conscia ⁸ sacris, nocte sonat Rhodope ⁹ tinnitibus ¹⁰ aeris acuti ¹¹) nocte sua est egressa domo regina deique ¹²	590
ritibus instruitur ¹³ furialiaque ¹⁴ accipit arma; vite ¹⁵ caput tegitur, lateri ¹⁶ cervina sinistro vellera ¹⁷ dependent ¹⁸ , umero levis ¹⁹ incubat hasta. concita ²⁰ per silvas turba comitante ²¹ suarum terribilis Procne furiisque agitata ²² doloris,	595
Bacche, tuas ²³ simulat ²⁴ : venit ad stabula avia ²⁵ tandem exululatque ²⁶ euhoeque sonat ²⁷ portasque refringit ²⁸ germanamque rapit raptaeque insignia ²⁹ Bacchi induit ³⁰ et vultus hederarum ³¹ frondibus abdit ³² attonitamque ³³ trahens intra sua moenia ducit.	600

¹ deesse + dat.	ontbreken
² vacare	tijd hebben
³ confundere 3	vermengen
⁴ imago, imaginis	gedachte
⁵ trietericus	om de twee jaar gevierd
⁶ Sithonius	Sithonisch, Thracisch
⁷ nurus f 4	jonge vrouw
⁸ conscius + abl.	op de hoogte van
⁹ de Rhodope, <i>gebergte in Thracië</i>	
¹⁰ tinnutus 4	rinkelen
¹¹ acutus	scherp
¹² <i>sc. de mysteriën van Dionysos</i>	
¹³ instruere 3 + abl.	onderrichten in
¹⁴ furialis	van de Furiën, razend, tot razernij brengend
¹⁵ vitis	wijnrank
¹⁶ latus, lateris	zijde
¹⁷ vellus, -eris	pels
¹⁸ dependere 2 + dat.	neerhangen van
¹⁹ levis	licht
²⁰ conciere 2	ophitsen, prikkelen
²¹ comitari	begeleiden
²² agitare	opjagen
²³ <i>sc. furias</i>	
²⁴ simulare	nabootsen
²⁵ avius	afgelegen
²⁶ exululare	huilen
²⁷ sonare	laten horen
²⁸ refringere 3	openbreken
²⁹ insigne n	teken
³⁰ induere 3	aantrekken
³¹ hедера	klimop
³² abdere 3	verstoppem
³³ attonitus	verbijsterd

Ut sensit tetigisse domum Philomela nefandam¹,
 horruit² infelix totoque expalluit³ ore;
 nacta⁴ locum Procne sacrorum pignora demit⁵
 oraque deelat⁶ miserae pudibunda⁷ sororis
 amplexumque⁸ petit; sed non attollere contra⁹ 605
 sustinet¹⁰ haec oculos paelex sibi visa sororis
 deiectoque in humum vultu iurare volenti
 testarique deos per vim sibi dedecus¹¹ illud
 inlatum pro¹² voce manus fuit. ardet et iram
 non capit¹³ ipsa suam Procne fletumque¹⁴ sororis 610
 corripiens¹⁵ 'non est lacrimis hoc' inquit 'agendum¹⁶,
 sed ferro, sed si quid habes, quod vincere ferrum
 possit. in omne nefas ego me, germana, paravi:
 aut ego, cum facibus¹⁷ regalia tecta cremabo,
 artificem¹⁸ mediis inmittam Terea flammis, 615
 aut linguam atque oculos et quae tibi membra pudorem
 abstulerunt ferro rapiam, aut per vulnera mille
 sontem¹⁹ animam expellam! magnum quodcumque paravi;
 quid sit, adhuc dubito.' Peragit²⁰ dum talia Procne,
 ad matrem veniebat Itys; quid possit, ab illo 620
 admonita est oculisque tuens inmitibus²¹ 'a! quam
 es similis patri!' dixit nec plura locuta

¹ nefandus	goddeloos, misdadig
² horrere 2	huiveren
³ expallescere 3	bleek worden
⁴ nancisci	bereiken
⁵ demere 3	wegnemen
⁶ devalare	ontsluieren
⁷ pudibundus	beschaamd
⁸ amplexus 4	omarming
⁹ contra	aan de andere kant
¹⁰ sustinere 2	durven
¹¹ dedecus, -oris	smaad
¹² pro + abl.	in plaats van
¹³ capere 5	bedwingen, bestand zijn tegen
¹⁴ fletus 4	geween
¹⁵ corripere 5	berispen, afkeuren
¹⁶ agere 3	doen, afhandelen
¹⁷ fax	fakkel
¹⁸ artifex	veroorzaker, schelm
¹⁹ sons	schuldig
²⁰ peragere 3	onder woorden brengen
²¹ immitis	hard

triste parat facinus tacitaque exaestuat¹ ira.
 ut tamen accessit natus matrique salutem
 attulit et parvis adduxit² colla lacertis 625
 mixtaque blanditiis³ puerilibus oscula iunxit⁴,
 mota quidem est genetrix, infractaque⁵ constitit⁶ ira
 invitique⁷ oculi lacrimis maduere⁸ coactis⁹;
 sed simul¹⁰ ex nimia mentem pietate labare¹¹
 sensit, ab hoc iterum est ad vultus versa¹² sororis 630
 inque vicem¹³ spectans ambos 'cur admovet¹⁴' inquit
 'alter blanditias, rapta silet altera lingua?
 quam vocat hic matrem, cur non vocat illa sororem?
 cui sis nupta¹⁵, vide, Pandione nata, marito!
 degeneras¹⁶! scelus est pietas in coniuge Tereo.' 635
 nec mora, traxit Ityn, veluti Gangetica¹⁷ cervae¹⁸
 lactentem¹⁹ fetum²⁰ per silvas tigris opacas²¹,
 utque domus altae partem tenuere²² remotam,
 tendentemque manus et iam sua fata videntem
 et 'mater! mater!' clamantem et colla petentem 640
 ense ferit²³ Procne, lateri qua pectus adhaeret²⁴,

¹ exaestuare	verhit worden, koken
² adducere 3	naar zich toe trekken
³ blanditiae	vleierij
⁴ iungere 3	verbinden aan, combineren met
⁵ infractus	gebroken, neerslachtig
⁶ consistere 3	halt houden
⁷ invitus	tegen de zin
⁸ madescere 3	vochtig worden
⁹ coactus	gehuicheld
¹⁰ simul	zodra als
¹¹ labare	wankelen
¹² verti	zich keren
¹³ in vicem	beurtelings
¹⁴ admovere 2	toepassen
¹⁵ nuptus + dat.	getrouwd met
¹⁶ degenerare	zich zijn afkomst onwaardig betonen
¹⁷ Gangeticus	van de Ganges, Indisch
¹⁸ cerva	hinde
¹⁹ lactare	melk zuigen
²⁰ fetus 4	jong
²¹ opacus	schaduwrijk, donker
²² tenere	houden, zich bevinden in
²³ ferire	slaan
²⁴ adhaerere 2 + dat.	vastzitten aan

nec vultum vertit¹. satis illi ad fata vel² unum
vulnus erat: iugulum ferro Philomela resolvit,
vivaque adhuc animaeque aliquid retinentia membra
dilaniant³. pars inde cavis exsultat⁴ aenis⁵, 645
pars veribus⁶ stridunt⁷; manant penetralia tabo⁸.

His adhibet coniunx ignarum Terea mensis
et patrii moris sacrum mentita⁹, quod uni
fas¹⁰ sit adire viro, comites famulosque¹¹ removit.

ipse sedens solio¹² Tereus sublimis¹³ avito 650
vescitur¹⁴ inque suam sua viscera congerit¹⁵ alvum¹⁶,
tantaque nox¹⁷ animi est, 'Ityn huc accersite¹⁸!' dixit.

dissimulare¹⁹ nequit²⁰ crudelia gaudia Procne
iamque suae cupiens existere²¹ nuntia²² cladis
'intus²³ habes, quem poscis' ait: circumspicit ille 655

atque, ubi sit, quaerit; quaerenti iterumque vocanti,
sicut erat sparsis²⁴ furiali²⁵ caede capillis,
prosiluit²⁶ Ityosque caput Philomela cruentum
misit in ora patris nec tempore maluit ullo

¹ vertere 3	afwenden
² vel	zelfs
³ dilaniare	uiteenrijten
⁴ exsultare	opspringen
⁵ aenum	hol, koperen vat
⁶ veru n	braadspit
⁷ stridere 3	piepen, sissen
⁸ tabum	etter
⁹ mentiri	liegen
¹⁰ fas est	het is geoorloofd
¹¹ famulus	dienaar
¹² solium	troon
¹³ sublimis	verheven
¹⁴ vesci	eten
¹⁵ congerere in	stouwen in
¹⁶ alvus	buik
¹⁷ nox	duisternis
¹⁸ accersere 3	ontbieden
¹⁹ dissimulare	verborgen houden, ontkennen
²⁰ nequire	niet kunnen
²¹ exsistere	naar buiten treden
²² nuntius	bode
²³ intus adv.	binnen
²⁴ spargere 3	besprenkelen
²⁵ furialis	tot razernij brengend, van de Furiën
²⁶ prosilire	tevoorschijn springen

posse loqui et meritis¹ testari² gaudia dictis. 660
 Thracius ingenti mensas clamore repellit
 vipereasque³ ciet⁴ Stygia de valle⁵ sorores
 et modo, si posset, reserato⁶ pectore diras⁷
 egerere inde dapes⁸ semesaque⁹ viscera gestit¹⁰,
 flet modo seque vocat bustum¹¹ miserabile nati, 665
 nunc sequitur nudo¹² genitas¹³ Pandione ferro.
 corpora Cecropidum¹⁴ pennis pendere¹⁵ putares:
 pendebant pennis. quarum petit altera silvas,
 altera tecta subit¹⁶, neque adhuc de pectore caedis
 excessere notae¹⁷, signataque¹⁸ sanguine pluma est. 670
 ille dolore suo poenaeque cupidine velox¹⁹
 vertitur²⁰ in volucem²¹, cui stant in vertice²² cristae²³.
 prominet²⁴ inmodicum²⁵ pro longa cuspidem rostrum²⁶;
 nomen epops²⁷ volucris, facies armata videtur.

Onrecht tegen Boreas

Hic dolor ante diem longaeque extrema senectae 675
 tempora Tartareas Pandiona misit ad umbras.

¹ meritis	verdiend, terecht, billijk
² testari	getuigen van
³ vipereus	adder-, slangachtig (de Furiën)
⁴ ciet	oproepen, aanroepen
⁵ vallis	vallei
⁶ reserare	ontgrendelen, openleggen
⁷ dirus	wreed
⁸ dapes	maaltijd
⁹ semesus	halfverteerd
¹⁰ gestire	hevig verlangen
¹¹ bustum	brandstapel, grafheuvel
¹² nudus	naakt, getrokken
¹³ genitus + abl.	zoon van
¹⁴ Cecropis	afstammeling van Cecrops
¹⁵ pendere 2	hangen, zweven
¹⁶ subire	binnengaan
¹⁷ nota	teken, kenmerk
¹⁸ signare	tekenen
¹⁹ velox	snel
²⁰ verti in + acc.	zich veranderen in
²¹ volucris	vogel
²² vertex	kruin
²³ crista	kam
²⁴ prominere 2	voorsteken
²⁵ inmodicus	onmatig
²⁶ rostrum	snavel
²⁷ epops	de hop

sceptra¹ loci rerumque capit moderamen² Erectheus,
iustitia dubium validisne potentior armis.
quattuor ille quidem iuvenes totidemque creatat³
femineae sortis⁴, sed erat par forma duarum. 680
e quibus Aeolides⁵ Cephalus te coniuge felix,
Procri⁶, fuit; Boreae⁷ Tereus Thracesque nocebant,
dilecta⁸ diu caruit deus Orithyia⁹,
dum rogat et precibus mavult quam viribus uti;
ast¹⁰ ubi blanditiis¹¹ agitur nihil, horridus ira, 685
quae solita est illi nimiumque¹² domestica¹³ vento,
'et merito!' dixit; 'quid enim mea tela reliqui,
saevitiam et vires iramque animosque minaces¹⁴,
admovique¹⁵ preces, quarum me dedecet¹⁶ usus?
apta¹⁷ mihi vis est: vi tristia nubila¹⁸ pello¹⁹, 690
vi freta concutio²⁰ nodosaque²¹ roboraque²² vertere²³
induroque²⁴ nives²⁵ et terras grandine²⁶ pulso²⁷;
idem ego, cum fratres caelo sum nactus²⁸ aperto
(nam mihi campus is est), tanto molimine²⁹ luctor,

¹ sceptrum	scepter, heerschappij, koningschap
² moderamen	bestuur
³ creare	voortbrengen
⁴ sors	lot, geslacht
⁵ Aeolides	zoon/afstammeling van Aeolus; <i>Cephalus was zijn kleinzoon</i>
⁶ Procris	Procris
⁷ Boreas, de noordenwind	
⁸ diligere 3	beminnen
⁹ Orithyia, dochter van Erectheus de koning van Athene en tegen de wil van haar vader getrouwd met Boreas uit Thracia	
¹⁰ ast	maar
¹¹ blanditia	vleierij
¹² nimium	al te
¹³ domesticus	eigen
¹⁴ minax	dreigend
¹⁵ admovere 2	aanwenden
¹⁶ dedecere 2 + acc.	niet staan/passen
¹⁷ aptus	geschikt
¹⁸ nubilum	wolk
¹⁹ pellere 3	verdrijven
²⁰ concutere 5	in hevige beroering brengen
²¹ nodosus	knoestenrijk
²² robur n	eik
²³ vertere 3	ontwortelen
²⁴ indurare	hard maken
²⁵ nix, nivis	sneeuw, <i>pl.</i> sneeuwbuien
²⁶ grando, -dinis	hagel
²⁷ pulsare	bestoken, teisteren
²⁸ nancisci	bereiken, aantreffen
²⁹ molimen	inspanning, kracht

ut medius nostris concursibus¹ insonet² aether 695
 exsiliantque cavis elisi³ nubibus ignes;
 idem ego, cum subii convexa⁴ foramina⁵ terrae
 supposuique⁶ ferox imis mea terga cavernis⁷,
 sollicito⁸ manes⁹ totumque tremoribus¹⁰ orbem.
 hac ope¹¹ debueram thalamos¹² petiisse¹³, socerque 700
 non orandus erat mihi sed faciendus Erectheus.¹
 haec Boreas aut his non inferiora¹⁴ locutus
 excussit¹⁵ pennas, quarum iactatibus¹⁶ omnis
 adflata¹⁷ est tellus latumque perhorruit¹⁸ aequor,
 pulvereamque¹⁹ trahens per summa cacumina²⁰ pallam²¹ 705
 verrit²² humum pavidamque metu caligine²³ tectus
 Orithyian amans fulvis²⁴ amplectitur alis²⁵.
 dum volat, arserunt agitati²⁶ fortius ignes,
 nec prius aerii²⁷ cursus suppressit²⁸ habenas²⁹,
 quam Ciconum³⁰ tenuit populos et moenia raptor. 710
 illic³¹ et gelidi coniunx Actaea³² tyranni

¹ concursus 4	het te hoop lopen, botsing
² insonare	weerklinken
³ elidere 3	uitstoten
⁴ convexus	gewelfd
⁵ foramen	opening, gat
⁶ supponere 3 + dat.	van onderen zetten tegen
⁷ caverna	hol, grot
⁸ sollicitare	verontrusten
⁹ manes pl.	de schimmen van de doden
¹⁰ tremor	trilling
¹¹ ops	macht, kracht
¹² thalamus	slaapkamer, echtelijk bed, huwelijk
¹³ petere 3	streven naar, dingen naar
¹⁴ inferior	lager, minder
¹⁵ excutere 5	uitschudden
¹⁶ iactatus	het wieken
¹⁷ adflare	toeblazen
¹⁸ perhorrescere 3	zeer ruig worden
¹⁹ pulvereus	stoffig
²⁰ cacumen	top, kruin
²¹ palla	mantel
²² verrere 3	vegen
²³ caligo	duisternis
²⁴ fulvus	roodbruin
²⁵ ala	vleugel
²⁶ agitare	aanwakkeren
²⁷ aerius	door de lucht
²⁸ supprimere 3	aantrekken
²⁹ habena	teugel
³⁰ Cicones, <i>volksstam in Thracia</i>	
³¹ illic	daar
³² Actaeus	Attisch

et genetrix facta est, partus¹ enixa² gemellos³,
cetera qui matris, pennas genitoris haberent.
non tamen has una⁴ memorant cum corpore natas,
barbaque dum rutilus⁵ aberat⁶ subnixa⁷ capillis, 715
inplumes⁸ Calaisque puer Zetesque fuerunt;
mox pariter⁹ pennae ritu¹⁰ coepere volucrum
cingere¹¹ utrumque latus, pariter flavescere¹² malae¹³.
ergo ubi concessit¹⁴ tempus puerile iuventae,
veller¹⁵ cum Minyis¹⁶ nitido radiantia¹⁷ villo¹⁸ 720
per mare non notum prima petiere carina.

¹ partus 4	het baren, kind
² eniti	baren
³ gemellus	tweeling-
⁴ una adv.	tegelijk
⁵ rutilus	rossig
⁶ abesse	afwezig zijn
⁷ subnixus + abl.	zich schrap zettend op, steunend op
⁸ implumis	zonder veren
⁹ pariter	tegelijk
¹⁰ ritu + gen.	op de wijze van
¹¹ cingere 3	omgorden
¹² flavescere 3	blond worden
¹³ mala	kaak
¹⁴ concedere 3	wijken
¹⁵ vellus	vacht (sc. het guldenvlies)
¹⁶ Minyae	de Argonauten
¹⁷ radiare	stralen
¹⁸ villus	wollik haar